Quelle:
Copyright:

Cæsarius Arelatensis.

„ bitasse, an sit phrasis Severiani. Nobis omni„ no Cæsarii esse videtur." Sed nec in Cæsarii Homiliis (Bibl. Patrum edit. Lugd. T. 8. & 17.) nec in Salurii collectione offenduntur.

7. Fol. 109-160.

Hugonis de S. Victore libb. V. de arca Noe mo„ rali.

„ Hugonis de S. Victore Libb. V de arca Noe mo„ rali. Titulus præmittitur: "Incipit Hugo de archa noe pro archa sapientia cum archa ecclesie et archa mris (maioris?) gratie." Prologi initium est: "Cum sederem aliquando in conventu fratrum." Extat hoc opus in edit. Opp. Hugonis Mogunt. 1617. Fol. curante Gar„ zonio T. II p. 195. ibique IV Libris absolvitur. Porro autem codex his aliud opusculum, quod in præfata editione singulariter sub nomine mystica Arcæ Noe descriptio p. 187 occurrit, tanquam librum quintum conti„ nua serie subjungit; ultima enim verba libri IV. in contemplatione veritatis (a) ime„ diate sequitur: "Breviter dicturus eram sed fa„ teor vobis multa me delectat loqui et extad„ huc fortasse quod dicerem si vestrum fastidi„ um non timerem. Nunc ergo ipsius arche nos„ tre exemplar proponamus sicut proposuimus „ quod exterius depingimus (ut foris discamus „ quid intus agere debeas et cum hujus exem„ plaris formam in corde tuo expresseris) domus „ dei in te edificatur (am) esse Deteris. Inci„ pit liber quintus de pictura arche. Primum „ in planicie ubi archam depingere volo." Hæc verba initialia sunt operis, quod dicitur mysti„ ca Arcæ Noe descriptio. Finito hoc libro sequun„ tur in Codice nostro (Fol. 154. col. 1.) Capita „ 14. 15. 16. 17. et 18. Prænotationum elucidato„ rianum de Scripturis et Scriptoribus sacris „ ejusdem Hugonis quorum primum incipit: Di„ ligens scrutator sacri eloquii rerum significa„ tiones nequaquam negligere debet." In

Ejusdem mystica Arcæ Noe descriptio.

(a) In Cod. nostro Fol. 144 p. I. Col. 2.

Ejusdem Prænotation. elucidator. capp. 14-18.